



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

POSITIONES.  
**DE ACTIONI-  
BUS EMPTI ET VENDITI.**

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISSIMOR. AC CONSVL-  
tissim. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgh  
Dictatoris, & D. Ioannis Hollandt Fisci, SS. LL. Licent.  
in celeberrimo apud Vbiosiuris Collegio, pro  
inueterata consuetudine disputandas  
proponit.

**IOANNES OPPERMAN.**

*Anno à partu virginis CIQ. ID. LXXXVII.  
XVI. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Aaa  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

## CONTINUATIO.

**I**N Emptione & Venditione commutatiuam versari iustitiam probatum est: Consequenter oportuit actiones vltro citroq; competere, aduersus insolentes, qui noluerunt obseruare formam contractus, quæ ab eo, cui competunt, diuiso nomine, actiones Empti & venditi appellantur.

Oldendorp. class. 4. act. 1.

## POSITIO I.

**H**arum actionū qualibet est ciuilis, (a) bona fidei, (b) perpetua, (c) transitoria, (d) directa, nonnunquam utilis, (e) in personam competens. (f)

(a) l. Proinde 33. ibi. Nā iure ciuili ex empto actio est, de æd. edict. Myns. in §. Rei persequendæ nu. 63. Inst. de act. (b) l. Tenetur 6. §. fin. l. ex empto 11. in princ. h. t. l. Huiusmodi 86. §. Qui seruum vers. Hoc iudicium, de leg. 1. §. actionum Inst. de act. glo. in c. cum venerabilis 6. ext. de except. (c) Dd. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. l. 2. C. de rescind. vend. l. 3. C. de præscri. 30. vel 40. an. Inst. de perpet. & temp. actio. in princ. & ibi Myns. num. 5. (d) §. Non autem, Inst. d. t. de perp. & temp. action. vbi Myns. nu. 2. Schneid. in §. actionū nu. 3. & ibi de actione ex vendito nu. 1. VVesemb. in parat. ff. h. t. nu. 1. (e) l. emptor 5. C. de hæred. vel act. vend. vid. the. seq. (f) l. 1. l. si ancillam 11. C. h. t. d. §. rei persequendæ.

### II.

Directa contrahenti soli (a) eiusvè successoribus vniuersalibus (b) competit: utilis ad distrahendam emptionem, (c) vel ex contractu procuratoris domino, vel contra dominum, (d) vel tutori ementi à pupillo palam & bona fide, vel cum decreto iudicis, vel alio tutore autorizante (e)

(a) l. Cum per eos 7. C. si quis alteri vel sibi. (b) l. ex contractibus 48. de act. & oblig. l. Creditor 54. §. Prædium, h. t. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. l. 3. C. de reb. alie. non alien. Schurff. cent. 1. conf. 13. nu. 5. (c) l. ex empto 11. §. si quis virginem cum §. seq. h. t. (d) l. Iulianus 14. §. si procurator, h. t. VVesemb. in parat. ff. h. t. nu. 2. (e) l. pupillus 5. §. Item ipse tutor. de auth. & consens. tutor. l. cum ipse 5. C. de contrah. empt. Schneid. in §. actionum. Inst. de act.

### III.

Cum autem hic contractus sit vltro citroq; obligatorius, (a) is, qui emit actione ex empto quidem utitur, (b) sed non prius, quàm pretiū integrum soluerit (c) vel obtulerit, (d) vel aliàs fides de pretio habita fuerit: (e) Contra actio ex vendito venditori competit, vt soluatur sibi pretium (f) post traditionem in corporalibus, (g) post cessionē in incorporalibus. (h)

(a) Bart. in d. l. Iulianus §. offerri num. 2. vbi & Cost. h. t. (b) d. l. ex empto. §. pretium. Inst. de emp. & vend. (c) l. ædiles 25. in fin. de ædil. edict. Bart. in d. §. offerri n. 1. Geil pract. obs. lib. 2. obs. 17. nu. 4. (d) d. §. offerri. (e) l. quod vendidi 19. l. vt res 53. de contrah. empt. §. venditæ. Inst. de rer. diuis. (f) d. l. Iulianus §. ex vendito. l. venditi actio 6. C. h. t. d. §. pretium

rium. (g) l. qui pendentem 26. h. t. l. ex prædijs 5. C. de euct. Geill d. obs. nu. 12. (h) l. datio, aliàs ratio 3. §. si iter. hoc tit. l. per diuersas 22. C. Mandati. Mynf. in d. §. pretium nu. 8.

#### IIII.

*Pretium integrum offerendum puto, partis enim oblatio hanc actionem non producit.* (a) *(Julianus ff. act. vendit)*  
(a) sup. d. §. offerri l. tutor 41. §. Lucius Titius, de vsur. Geill pract. obs. lib. 2. obs. 46. num. 11.

#### V.

*Hinc non inconuenienter quaritur: Num sola verbalis oblatio sufficiat, vt hac actione agatur? Et non sufficere dico, sed realem requiro.* (a)

(a) Bart. & Dd. in l. acceptam 19. C. de vsuris, l. nec creditores 9. l. fin. C. de pig. act. l. ob- signatione 9. C. de solut. Duare. ad l. si mora 9. solut. matr. Idem ad tit. Mandati cap. 3. in fine & ad tit. de pig. act. cap. 4. Schneid. s. ap. d. §. actionum nu. 17. Geil d. obs. 17. nu. 4.

#### VI.

*Venditor rem venditam loco pignoris quoad emptor satisfaciatur, retinet, (a) si verò ipse ad pretium ante traditionem agat, obstabit illi exceptio rei venditæ & non traditæ, donec plenè rem tradat.* (b)

(a) text. in d. l. 14. §. offerri, vbi Bart. num. 4. l. hæreditatis venditæ 22. de hæred. vel act. vend. l. Quod si nolit 31. §. Idem Marcellus. de ædil. edict. (b) l. qui pendentem 25. h. t. l. ex prædijs 5. C. de euct. V. Vesemb. in parat. h. t. num. 7. Costal. in d. §. offerri. Geill d. obs. 17. num. 12.

#### VII.

*Et hoc admittendum puto: si emptor partem pretij consentiente venditore soluerit (a) postea reliquam partem soluens, possit à venditore, fructus pro rata pretij ante soluti, recipere.* (b)

(a) l. tutor 41. §. Lucius Titius de vsuris (b) argum. l. fin. §. fin. vbi Cost. de fundo dotal. Bart. sup. d. §. offerri nu. 3. & ibi in addit. ad verb. offerri.

#### VIII.

*Emptor hoc iudicio petit vt sibi res à venditore tradatur (a) cum vacua possessione (b) in eaq. emptorem potiore faciat (c) ac dominium, si ipse habeat, transferat (d) vel eius loco, vsucapiendi conditionem præstet (e) vnà cum cautione euictionis, ad quam pretij solutione obligatur.* (f)

(a) l. ex empto 11. in princ. h. t. (b) l. si in emptione 2. §. vacua, vbi Bart. ff. l. si pater 8. C. h. t. l. cum res 12. vbi Bart. nu. 9. C. de probat. V. Vesemb. in parat. ff. de contrah. empt. n. 13. Schneid. in d. §. actionum nu. 22. Inst. de act. (c) l. emptorem 12. §. Idem Nerarius h. t. Mynf. sing. obs. cent. 1. obs. 53. (d) d. l. ex empto. vers. quæ res. (e) l. clauibus 74. de contrah. empt. §. ex his Inst. de perpet. & tempor. act. Glo. in l. traditio. 20. in verb. Nihil trāsferat, de acquir. rer. dom. (f) d. l. ex empto. vers. si non fuit.

#### IX.

*Si venditor aliquod genus certum vendidit, tunc instar emptoris, qui nummos venditoris facere cogitur (a) dominium omninò in emptorem transferre debet.* (b)

(a) l. ex empto 11. §. emptor, h. t. l. 1. vers. Emptor enim, de rer. perm. V. Vesemb. in parat. de con-

de contrah. emp. nu. 12. (b) Bart. in d. l. 11. in princ. nu. 5. Et in l. Qui concubinam 29. §. si hē-  
res vbi & Gl. in verb. Ex testamento, de leg. 3.

X.

Cum venditor sciens emptori ignorantem rem alienam vendiderit, priusquam euincatur, vtiliter ex empto agere potest, (a) si verò emptor rem alienam scienter emit, nec sibi de euictione cauit, nullam actionem contra venditorem habet, nec ad pretium ipsum, quod dedit recuperandum. (b)

(a) l. 1. §. 1. text. expres. in l. si seruus 31. §. si sciens, h. t. (b) l. apud Celsum 4. §. Item Labeo de doli mali & metus except. l. si fundum 27. C. de euict. l. 1. vers. fin. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. argum. l. si à matre 13. de iur. dot. Gomez. ref. tom. 2. cap. 2. nu. 42.

XI.

Dum supra de traditione egimus (a) commodè hic quaeritur, si res aliqua vendatur duobus vel tribus diuersis temporibus, quis eorum præferatur? Et eum præferendum credo, cui res à venditore fuerit tradita. (b)

(a) In thes. 8. (b) l. si ea res 32. §. fin. vbi Bart. h. t. l. siue autem §. si duobus vbi Costal. de publ. in rem act. text. expres. & cap. in l. quoties 13. vbi Bart. las. & commu. Dd. C. de rei vend. l. qui tibi 6. de hæred. vel act. vend. l. qui tibi 3. C. de ijs qui à non dom. manu. sunt. l. Multum interest 6. vers. fin. C. si quis alt. vel sibi. Bart. conf. 74. vol. 1. Ant. Gomez. resol. tom. 2. cap. 2. nu. 20. Cuiac. in tract. 9. ad Afric. in fin.

XII.

Quoniam autem nulla regula tam firma, quin habeat exceptiones, quasdam præcedē-  
tis th. subiungere lubet. I. Quando ex solo titulo caussatur, & transfertur dominium &  
ius reale, sine aliqua traditione vera vel ficta, tunc ille, qui prius habuit titulum præfertur  
alteri, licet ipsi facta fuerit traditio. (a) II. Si primus emptor rem emptam signauit. (b)  
III. Quando secundus emptor habet scientiā, rem alteri prius venditā. (c) IIII. Quan-  
do venditor dominus promisit emptori, rem alteri non vendere nec alienare, & pro obser-  
uatione prædictorum obligauit sua bona & specialiter illam rem. (d)

(a) c. Tibi qui 12. de rescrip. in 6. c. Tibi absenti 17. de præb. & dig. in 6. Geil pract. obser.  
lib. 2. obs. 55. nu. 6. (b) Signatura enim loco traditionis est, & per eam dominium in signā-  
tem transfertur, l. Quod si neque 14. §. fin. de per. & comm. rei vend. (c) Hoc casu primus  
emptor alienata in fraudem, actione in factum reuocatoria reuocare potest, arg. l. 1. C. de  
his quæ in fraud. cred. Geil d. obs. nu. 11. (d) text. sing. in l. Creditor 7. §. fin. de dist. pig. Go-  
mez. ref. d. tom. 2. cap. 2. nu. 20.

XIII.

Hic quaestio, de traditione rei erat tractanda, sed quoniam in disputatione, de contrah.  
empt. discussa, aliam huic substituemus: Princeps rem aliquam vni prius, postea ex inter-  
uallo eandem alteri, vtrique ob benè merita dono dederat, sed posterior donatarius prius  
in possessionem venerat: quaesitum an ob id priori præferendus? Et primam Principis con-  
cessionem seu donationem posteriori præualere, puto (a)

(a) text. in l. Prædia fin. C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11 Ratio, quia causam habens à  
Principe à nemine molestari, sed perpetuo tutus esse debet. l. omnes 2. l. Benè à Zenone  
3. C. de quadr. præsc. Geill sup. d. obs. 55. nu. 2. Myns. sing. obs. cent. 3. obs. 61.

Emptor

XIV.

*Emptor ad pretium soluendum rectè cogitur. (a)*

(a) Bart. in l. i. nu. 15. h. t. & in l. qui concubinam 29. §. si hæres nu. 2. de leg. 3. Schneid. in d. §. actionum, vbi de actione ex vendito, nu. 7.

XV.

*In venditorem, qui sine culpa aut dolo à re deciderit, animaduersum est condemnationem non esse faciendam quod emptoris intererit, propius enim est, vt nihil amplius quam actiones persequenda eius præstari emptori oporteat. (a)*

(a) text. in l. si ea res 32. in prin. h. t. l. quod sæpè 35. §. si res de contrah. empt. Cost. in l. i. in fin. prin. h. t.

XVI.

*Cum autem petitio eius, quod interest, nonnunquam veram rei aestimationem excedat (a) ea temperatio adhiberi solet, vt id, quod interesse singulariter cuiuscunque potest, duplum aestimationis communis non egrediatur, (b) idq; in ignorante venditore locum habet: si verò sciens alienum vendiderit, omnimodò teneri debet. (c)*

(a) l. i. h. t. (b) l. i. C. de sent. quæ pro eo quod interest: Cost. in d. l. i. Myns. in §. rei persequenda nu. 67. Inst. de act. (c) l. Iulianus 14. in prin. l. Idque Iulianum 46 §. 1. in fin. h. tit. Costal. in l. Titius 44. vbi & Bart. d. tit. l. Labeo 45. in fin. de contrah. empt.

XVII.

*Conuentum interesse, quod vulgo dicitur, in infinitū peti potest, & nullis cancellis concluditur, sed eo perduci potest, quatenus conuentum est. (a) Illud quoque quod commodum pecuniarium continet duplum egreditur. (b)*

(a) l. vlt. de præst. stip. l. stipulatio ista 38. §. Alteri vbi Bart. de verb. oblig. (b) Cost. in d. l. i. h. t.

XVIII.

*Quoties merum factum est in obligatione, (vt quando iactus retis est emptus) (a) toties ad factum præcisè venditor cogi non potest, (b) sed ad aestimationem incerti peruenitur. (c)*

(a) l. si iactus 13. h. t. (b) l. si quis §. fin. de re iud. l. stipulationes non diuiduntur 72. in prin. l. si fundus 114. de verb. oblig. VVesemb. in parat. ff. h. t. nu. 4. in fin. Duaren. ad huc nost. tit. cap. 2. Visum est enim seruile & inciuile esse aliquem cogi manibus & corpore quid facere.

XIX.

*Expeditum quoque est, venditorem etiam si ignorans rem vitiosam aut seruam venderit, teneri (a) non ad id, quod interest, (b) sed quanto minoris emptor emisset vitio rei cognito. (c)*

(a) l. Teneri 6. in prin. l. Iulianus in prin. h. t. (b) Costal. in d. l. Teneri. (c) d. l. Iulianus, l. quoties 61. de ædil. edict. Glo. in l. Labeo 45. in verb. Teneri. de cont. empt.

XX.

*Quanto minoris speciale actionis genus esse assero. (a) Eamq; dupplicem facio: Ciuilem & Pratoriam (b) Ciuilis ex l. venit, & datur quanto minoris emptor fuisset empturus, si scisset*

scisset. (c) Prætoria ex Edicto Aedilium descendit, daturq<sup>3</sup> quantò minoris res est, tem-  
pore contractus (d) vnde & æstimatoria appellatur. (e)

(a) l. sciendum 19. §. tempus de Aed. Edict. l. cum proponas, C. de Aed. Edict. Gomez.  
sæpè d. loco num. 48. (b) Bart. in sup. d. l. Iulianus num. 1. in princ. (c) d. l. Iulianus in prin.  
(d) l. quod si nolit 31. §. si plures, vbi Glo. in verb. Homo sit. l. Aediles 38. in princ. de Aedil.  
Edict. (e) l. si quid 18. l. iustissimè 44. §. In redhibitoria. d. tit. de Aed. Edict.

### XXI.

Si falsa commendatione, res aliàs non vitiosa, pluris iusto vendita sit, in id agetur, vt  
quantò pluris res emptæ sit, reddatur (a) si verò caussa decipiendi emptorem dicta sint,  
actione de dolo etiam venditor conuenitur. (b)

(a) d. l. Iulianus §. si venditor h. t. Ea enim quæ commendandi caussa in venditionibus  
dicuntur, proferentem obligant. l. ea quæ commendandi in prin. de cont. emp. (b) l. quod  
vnditor. vbi Glo. de dolo malo.

### XXII.

Dubitat quæ an fructus rei vendita pertineant ad emptorem vel venditorem?  
Breuiter dico, si quid inter contrahentes dictum & dispositum, illud seruandum, (a) si ve-  
rò nihil dispositum, tunc aut fructus, iam sunt collecti & percepti, & pertinent ad vendi-  
torè. (b) Aut non sunt collecti nec percepti, sed pendentes in re, & cedunt emptori, tanquã  
pars rei. (c)

(a) l. qui fundum 40. §. fundi, de contrah. emp. (b) l. si stipulatus, de vsur. vbi Gl. ord. &  
comm. Dd. l. Fundi 18. ver. sed & vinum h. t. (c) l. Iulianus 14. §. si fructibus h. t. l. fin. §. fru-  
ctus. de his quæ in fraud. cred. Cost. in l. Fructus pendentes 44. de rei vend. Schneid. in d.  
§. actionum. nu. 30. Inst. de act. Gomez. d. tom. 2. cap. 2. nu. 11.

### XXIII.

De pensionibus quoque ambigitur: Ego sub hac distinctione defendam: aut percipiuntur  
aut pensiones ex re, in qua nascuntur fructus naturales, vel industriales, quarum ratione  
soluitur pensio, & tunc emptor tenetur stare locationi factæ, vel non: si tenetur stare, om-  
nes fructus emptoris personam spectare conuenit, nulla temporis ratione habita: (a) si non  
tenetur, & fructus die inite venditionis sunt percepti, dies verò soluendæ pensionis non  
dum venerat, eo casu pensio venditori debetur. (b)

(a) l. vlt. §. vlt. vbi Bart. de iure fisci, (b) l. emptorem 9. C. locat. argum. l. defuncta 65. de  
vsufr. & quemad. Cost. in l. 14. §. si fructibus, h. t. Schneid. in sæpè d. §. actionum nu. 30. Est  
enim consentaneum, vt ad quem fructus pertinere debuerant, ad eum quoq; pensiones,  
quæ vice fructuum funguntur, deueniant. Bald. in l. 1. 2. col. de vsur. & fruct. leg.

### XXIV.

Quod si res vendita eius generis sit, vt ex ea fructus ciuiles magis quàm naturales per-  
cipiantur (a) magis est, vt vsque ad id tempus pensio debeat venditori, quo res vendita  
est posterioris temporis pensio ad emptorem deueniat. (b)

(a) l. si nauis 62. de rei vend. (b) argum. l. Adhuc 31. §. si operas & l. si operas 33. de vsufr.  
& quemad. Cost. & Schneid. d. loco. Gomez. d. tom. 2.

Agit



### XXV.

*Agit denique emptor, ut fines & iura rei vendita declarentur, & instrumenta hac pertinentia exhibeantur. (a) Si ab emptione discessum sit arrha restituatur, (b) quicquid tandem dolo vel culpa venditoris abest, quicquid præstare æquum est, quicquid pactis comprehensum, in hanc actionem venit. (c)*

(a) l. Titius 50. vbi Bart. l. Creditor 54. h. tit. V. V. scembe. in parat. nu. 9. (b) l. ii. §. qui vina h. t. (c) l. tenetur 6. §. si dolo malo cum seq. l. 4. §. si modus, l. emptorem 12. §. denique, l. venditor 37. l. Pacta 72. de contrah. empt. V. V. scemb. d. loco.

### XXVI.

*Atque hæc de actione ex empto dicta sufficiant: quedam de ex vendito actione tractanda restant. Venditi actionem ad recipiendū residuum pretium intendere aduersario tuo poteris: (a) Fructus quoque perceptos ante venditionem contractam, quos cum venditioni non accessissent, eundem emptorem inuasisse proponis, hoc iudicio reposes. (b)*

(a) tex. express. in l. venditi 2. in prin. C. l. 14. §. ex vendito. ff. h. t. (b) d. l. venditi in fin.

### XXVII.

*Hoc etiam iudicio venditor vsuras à tempore mora ab emptore petit, (a) idque maxime eum emptor re fruatur, (b) quod & iure Canonum permissum est. (c)*

(a) l. Fructus 13. §. fin. C. h. t. In bonæ fidei enim contractibus ex mora vsuræ debentur, l. Moræ 32. §. In bonæ fidei. de vsur. Bart. in l. quamuis 3. num. 2. C. de vsur. Duaren. ad tit. de vsuris cap. 2. circa med. & ad l. 3. quib. ex caus. rest. in integ. non est necess. (b) text. & ibi Glo. in l. Curabit 5. C. & d. l. 14. §. ex vendito ff. h. t. vbi Bart. in §. Papinianus num. 3. Idem in l. 2. C. de vsuris. l. liberalitatis 16. §. Cum vsuræ, de vsur. Mynf. sing. obs. cent. 4. obs. 56. (c) Glo. in cap. Conquestus vbi Panor. ext. de vsur. Bald. in l. 2. C. de vsur. rei iud. Costal. in l. vinum 22. de reb. cred. Idem in l. Iulianus §. offerri, vbi vid. add. ad Bart. in verb. Fundo dotali. h. t.

### XXVIII.

*Hac autem mora committitur ab emptore simul ac ipsi traditio facta fuerit. (a) An autem emptor fructus à tempore perfecti contractus lucretur, disputatum, ego affirmatiuam verioremi puto. (b)*

(a) d. l. Curabit & d. §. ex vendito l. vsuras C. de vsur. Schneid. in d. §. actionum, vbi de act. ex vendito num. 8. Mynf. in §. pretium nu. 9. Inst. de empt. & vend. Idem in §. rei persequendæ nu. 68. Inst. de act. (b) d. l. Fructus 13. l. post perfectam 16. C. h. t.

### XXIX.

*Postremò contra emptorem, ad restituendum id, quod plus debito præstitum est, per venditorem, hæc actio instituitur. (a) Item ad factum quoddam per emptorem expediendum. (b) Sumptus, si quos bona fide venditor fecerit, vigore huius actionis, restitui debere notissimum est, (c) Id quod ex pacto huic contractui incontinenti apposito venit, hoc iudicio petitur. (d)*


(a) l. si tibi liberum 8. h. t. l. si binarum 22. De seru. vrb. præd. (b) l. tenetur 6. §. si vendidi, l. si

di, l. si is qui lapides 9. l. 14. §. Item si conuenerit h. t. (c) l. d. 14. §. Præterea l. si venditor 39. §. si per emptorem ff. d. l. post perfectam 16. C. h. t. (d) l. si sterilis 22. §. si tibi fundum, h. t. l. Qui fundum 75. l. fundi partem 79. de contrah. empt. l. iurisgentium 7. §. Quin imo. de pact. l. si fundum 2. C. de pact. inter empt. & vend.

## COROLLARIUM.

**S**i dominus feudi processit ad inuestituram abusuam, ultra promissionem, postea autem propriam inuestituram facere recusat, tradendo scilicet possessionem feudi, hoc casu precisè cogi potest ad tradendam vasallo possessionem feudi, nec præstado interesse liberatur. (a) Tenetur præterea vasallo omnem utilitatem, quam recepturus fuisset ex ipso feudo, si possessionem & propriam inuestituram feudi, debito tempore habuisset, præstare. (b)

(a) c. si facta, si de feud. defuncti cõtent. sit inter dom. & c. Mynf. sing. obs. cent. 4. obs. 61. Hier. Schuff. cent. 1. conf. 7. num. 3. Ioan. Vaud. var. quæst. l. 1. q. 9. in fin. (b) §. fin. De noua forma fid. Schneid. in epit. feud. part. 5. nu. 129.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





POSITIONES.

# DE ACTIONI- BUS EMPTI ET VENDITI.

...S DIVINA FAVENTE GRATIA,  
...PRAESIDIO CLARISSIMOR. AC CONSUL-  
...virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgh  
...toris, & D. Ioannis Hollandt Fisci, SS. LL. Licent.  
...a celeberrimo apud Vbiosiuris Collegio, pro  
...inueterata consuetudine disputandas  
...proponit.

IOANNES OPPERMAN.

*Anno à partu virginis MD. LXXXII.  
XVI. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Aaa  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



47

